

& causato: quia non est de substantia, & accidente.

Ad aliud dico, quod Principia cognoscimus; in quantum terminos cognoscimus: ut dicitur primo Posteriorum: & ideo illud Principium potest esse notissimum, cuius veritas est notissima cognitis terminis. Vnde certitudini Principij non repugnat multiplicitas terminorum: nec est aliquid certius habens terminos non multiples: quia aliud non est ita manifestum cognitis terminis.

Ad aliud concedi potest maior: quia primum obiectum intellectus potest vnioco actu intelligendi intelligi: quod non contingit de æquiuoco: quia in æquiuoco nullus conceptus est idem; sed sola vox. Ad minorem dico: quod primum obiectum intellectus est substantia: quia vt dicit Aristot. in principio septimi Metaphysic. substantia est primum omnium entium cognitione: quod non intelligitur de prioritate temporis, sed natura: scilicet, quod cognitio eius est perfectissima. Ad auctoritatem Averenæ potest concedi vera sic; quod accipit ens pro vno significatio, quod est primum: scilicet, substantia. Vel dicitur forte: quod duplex est ratio, à qua hoc nomen substantia imponitur: scilicet, subsistendi, & substundi: ens autem imponitur ab actu essendi: sed actus essendi videtur ratio simplicior, quam actus substundi: & ideo ens primum occurrit intellectui, quoad rationem, à qua est nominis impositio: quia est simplicissima: sed quoad essentiam significatam substantia intelligitur, quando ens primo intelligitur. Hoc patet in alijs nominibus synonymis: quia illam essentiam eandem significant: ramen imponuntur à diversa ratione: sicut lapis, & petra: & quando intelligitur essentia significata per vnum, intelligitur essentia significata per aliud: quia eadem est; sed non oportet ea co-intelligi quantum ad rationes, à quibus est impositio nominum.

Ad aliud: qui dicit ens non dicit substantiam, nec Accidens: si illud est vereum; tantum intelligitur, quantum ad rationes, à quibus nomina imponuntur: non autem quoad essentias significatas. Ad aliud dico, quod illa ratio, à quam

Text. com.
4.

ponitur ens, non est vna; sed æquiuoca in diuersis: sicut, & ens.

Contra: ratio entis non est eadem ratione substantiaz per prius dicta: neque ratione, à qua imponitur nomen Accidentis; sed simplicior vtraque: igitur cū in vtraque includatur, vtraque habet illum cum illo addito: ergo illud est commune vtrique.

Dici potest: quod ratio essendi est sim- plior ratione substundi; & æquiuocè sumpta est simplicior ratione acciden- di: & ita æquiuocè sumpta conuenit vni, & alteri: & ita potest esse æquiuocum illis: licet neutri sit omnino idem; sed simplicius vtroque: quia non est vniuo- cè sumptum simplicius vtroque.

Contra responsonem datam ad ar- gumentum ante penultimum: scilicet, de obiecto intellectus: arguitur sic. Ni- hil cognoscitur ab aliqua virtute, nisi quod participat rationem primi ob- jecti illius virtutis: si igitur substantia sit primum obiectum intellectus: cum Accidens non sit substantia; non per se in- telligeretur: quod est manifeste falsum: quia Accidens est per se sensibile: igitur intelligibile. Major patet: quia nihil per se videtur, nisi coloratum, vel lux nihil per se auditur nisi sonus: & sic de ceteris.

Potest dici, quod non oportet omne per se cognoscibile ab aliqua virtute suscipere prædicationem primi ob- jecti illius virtutis in recto: sed sufficit, quod habeat per se habitudinem, in quantum cognoscitur, ad primum obiectum illius virtutis: sensibilia enim communi- na per Aristot. secundo de Anima, sunt per se sensibilia ab omnibus, vel pluri- bus sensibus: nec tamen proprium obie- cturn alicuius sensus prædicitur de eis in recto: quia numerus, & figura, non est color, vel sonus. Sed ideo per se sentiuntur: quia habent per se habitudinem, & attributionem; in quantum cognos- cuntur; ad propria sensibilia: quia faciunt diuersitatem in modo sentiendi, & immutandi sensus à sensibili proprio: sic Accidentia; in quantum cognoscuntur ab intellectu; habent per se attribu- tionem ad Substantiam: licet non sint substantiae: ideo stat: quod per se intelliguntur.

(?.) Ad aliud dico, quod illa ratio, à quam

Text. com.
6. 3. inde

Sum-

ARTIC. I.

An ens sit vniuocum enti reali, & rationis?

VIA omnia Prædicamenta tripliciter comparari possunt: primo ad ali- quod commune, in quo conueniant æquiuocè, vel Analogicè; icili- cet, ad ens: vel, quodlibet Prædicamentum ad sua inferiora, de quibus vniuocè dicitur: vel tan- dem potest vnum Prædicamentum ad aliud cō- parari, quatenus scilicet, vnum quodammodo aliud denominat: antequam igitur iuxta hanc triplicem Prædicamentorum comparationem Doctor cum Aristotele de æquiuocis, vniuocis, & Denominatiis, differat: interrogat primo: an ens sit decem Prædicamenta vniuocum? Par- tem affirmatiuam quindecim argumentis per- suadere nititur: & quia communitas entis respec- tu Prædicamentorum, aut debet esse vniuoca, aut æquiuoca, aut saltu Analogica. Triplicem statuit conclusionem.

Dicens primo. Ens non est vniuocum decem Prædicamentis: hanc probat auctoritatibus, & rationibus, quæ habentur ibi: ad opposi- tum est Porphyrius.

Secundò dicit: quod ens non est Analogum ad decem Prædicamenta: hæc habetur, & probatur ibi: Sed qualitercumque sit de modo po- nendi Analogiam.

Tertio tandem ait: quod hoc nomen, ens, simpliciter est æquiuocum primo modo æqui- uocationis ad hæc decem genera prima: hanc probat à sufficiente disiunctione. Et ultra: quia apud Logicum vox non est Analogia: sed simpliciter vniuoca, aut æquiuoca: & cum ex prima conclu- sione, ens non sit vniuocum; erit simpliciter æquiuocum decem Prædicamentis.

Denique soluit argumenta, quæ vniuoca- tionem entis probare videbantur: quorum solu- tiones Logice procedunt in aliquibus: in alijs autem Metaphysicè: sed tam in multis istarum, quam illarum, secundum aliorum opiniones pro- cedit: ad suum enim intentum sufficiebat argu- menta soluere; né probare viderentur ens esse vniuocum Logice decem Prædicamentis.

Cæterum: quia hæc quæstio difficultissima est, & à Doctore multis in locis agitata: imo quod magis est, in ipsa sibi contrariari videtur: nam in his Logicalibus: vt patet hic, & quæst. 6. Vniver- ad quartum, & quæst. secunda Anteprædicam. & in Elench. quæst. 15. & primo Physicorum quæst. 7. & quarto Metaphy. quæst. 1. tenet: ens esse æquiuocum Substantie & Accidenti; ac de- cem Prædicamentis. In primo vero sententiistarum dist. 3. quæst. prima & secunda, & dist. 3. octaua quæst. secunda vniuocum esse affirmat: ideo

hanc quæstionem ad longum per non- nullos Articulos explanare neces- sit: ut doctrina Docto- ris eluceat.

Sed ad hanc solutionem respondeo: quod non est simile de animali: quia si aliquis concep- tus genericus dividatur; inter membra dividenter est dare medium per abstractionem; id est potest abstrahi aliquis conceptus cōmuni: sed de ente trācēdētissime capto nō est sic: quia super ens reale, & rationis, non datur iste conceptus: quia non datur conceptus in mūdo, quin sit vel prae-

opus

VIA ens nominaliter sumptum di- pliciter accipitur, transcendenter, vt est commune ad omne ens reale; & transcedentissime, vt de ente reali, & rationis, dicitur: ideo de hac communi- tate transcedentissima inquirimus in praesenti: an sit vniuoca; vel æquiuoca; & quid de ea sen- serit noster Doctor. In qua re est prima sententia Nicolai Boneti primo Metaph. cap. 6. afferentis ens esse vniuocum enti reali, & rationis: probatur primo auctoritate Doct. qui in primo Reportationum dist. 29. quæst. 2. & quæst. 3. quodlibet hoc videtur affirmare: igitur, &c.

Secundò, intellectus potest esse certus de a- liquo, quod sit ens, & dubitare an sit reale, vel rationis: ergo ille conceptus, de quo est certus in- tellectus, est vniuocus.

Tertiò, primum principium dicitur æquali- ter de ente reali, & de ente rationis: ergo suum subiectum debet esse vniuocum.

Secunda sententia, & opposita, videtur esse Doct. supra quæst. 2. §. cōtra hoc ultimum, potest argui sic: & in primo sent. dist. 29. in probatione primæ conclusionis, quam sequitur; multi eius discipuli, quos respexit Bargius ibidem; licet iste dicat Doctorem in hoc Problematicum fuisse: sed quidquid sit de hoc: dicendum. Ens trans- cendentissime sumptum est æquiuocum enti reali, & rationis: probatur haec vniuocatio fundamentali: si ens, vt sic, diceret conceptum vniuocum; vel ille esset seculo operis intellectus; vel non: si primum: ergo aliquid, quod esset, seculo ope- re intellectus, & reale, & includeretur quidditatue in illo, quod est ens rationis: si secundum: ergo quod est ens rationis, quidditatue includeretur in ente reali: quod duo implicant; nam quod ens rationis sit quidditatue ens realis: vel quod ens realis sit quidditatue ens rationis, implicat- da: i conceptum vniuocum enti reali, & rationis: sed talis solus est æquiuocus in primo æquiuocati- onis gradu.

Ad hanc rationem, quam desumpsit Author formalitatum ex nostro Francisco de Marchia, respondet Bonetus: conceptum illum commu- nem nec esse realem, nec rationis: sed abstrahere ab vtroque, & esse vtrumque permittiue: sicut conceptus animalis nec est rationalis, nec irra- tionalis; sed abstrahit ab vtroque; et si que vtrumque permittiue.

Sed ad hanc solutionem respondeo: quod non est simile de animali: quia si aliquis concep- tus genericus dividatur; inter membra dividenter est dare medium per abstractionem; id est potest abstrahi aliquis conceptus cōmuni: sed de ente trācēdētissime capto nō est sic: quia super ens reale, & rationis, non datur iste conceptus: quia non datur conceptus in mūdo, quin sit vel prae-

opus

opus intellectus, vel per opus intellectus: ergo non est simile de animali, & ente.

Ad primū. Ad argumenta ad primum, quod in auctoribus Doctoris fundatur, dico: quod Doctor non loquitur ibi determinate, & ex mente propria; sed ex aliorum mente: at enim posset ponere. Aliam solutionem vide apud Bargium in primo dist. 29. §. ad istam questionem dicentem. Doctorem ibi comparare ens ut sic, ad ens reale, & rationis, & fictitium, ex una parte; & ex alia, ens, ad ens reale, & rationis præcise: in primo sensu ens est equiuocum in secundo est vniuocum, &c.

Ad secundum. Ad secundum nego antecedens cum Francisco de Malironis in Prolog. quest. 2. & o. & Ioanne Canonico, ac Trombeta: quia intellectus tantum est certus de voce, & non de aliquo conceptu, cum talis non sit abstrahibilis, ut diximus.

Ad tertium. Ad tertium respondeo cum Doct. in praesenti, solutione ad 13. & primo Physicorum quest. 7. ad primum, & quarto Metaph. quest. 1. quod licet primum Principium de ente rationis dicatur: nam de illa verum est dicere: quodlibet est, vel non est: sicut de ente reali dicuntur: non tamen sequitur, quod ens sit ente reali, & rationis vniuocum; quia Principia cognoscimus, cognitis terminis: & ita certitudini Principij non repugnat multiplicitas terminorum: unde licet ens sit multiplex, & equiuocum, enti reali, & rationis, primum Principium certe, & vere potest in utroque versificari.

A R T I C. II.

An ens realis sit vniuocum Deo, & creaturis, Substantia, & Accidentia?

I. N precedente Articulo egimus de equiuocatione, vel equiuocatione, entis transcendenter: si simile sumptus nunc in praesenti agimus de vniuocatione entis transcendenter accepta; Analogia, vel equiuocatione: & quia ens transcendenter assumptum tantum competit enti reali, ut opponitur enti rationis, & est commune Deo, & creaturis; Substantia, & Accidentia; ideo sub titulo prefato de huius entis vniuocatione; Equiuocatione, seu Analogia invenimus. In qua re est prima sententia aliorum, de quorum numero refertur noster Cardinalis Aureolus; assertentum ens esse equiuocum omnibus predicationis: & probatur.

1. Argum. Primum, & equiuocatio est communitas vocis cum diversitate intentionis simpliciter significata in equiuocatione: quia equiuoca sunt, quorum solum nomen est commune, & ratio Substantia est diversa: ergo cum intentio vocis communis Deo, & creaturis, Substantia, & Accidentia, sit diversa rationis simpliciter in eis, sequitur: quod vox dicta de eis sit simpliciter equiuocata.

2. Argum. Secundum, Porphyrius dicit: si quis omnia enia vocet, equiuocum nuncupabit ea: & non vniuocum: ergo

3. Argum. Tertius, Commentator lib. de substantia or-

bis capite secundo dicit: quæ dicuntur de superioribus, & inferioribus, dicuntur æquiuocæ: huiusmodi est ens in proposito: ergo æquiuocæ dicuntur.

Quarto, ubi nulla est vnitas, aut conuenientia: est pura equiuocatio: sed inter Deum, & creaturas, in nulla ratione aliqua vnitatis, aut conuenientia, reperitur: ergo est pura equiuocatio. Minor probatur: nam sapientia creata nullatenus conuenit cum sapientia diuina: ergo idem dicendum est de alijs predicatis: quia eadem est ratio.

Secunda sententia afferit ens neque æquiuocæ, neque vniuocæ, sed medio modo, videlicet, Analogie de predicationis praedicari: ita communiter Thomistæ cum suo Magistro quarto Metaph. cap. 1. ibi Fonleca, & Araujo, ac Suarez disput. 28. & primo contra gent. capit. 32. & 34. ibidem Ferrara: & prima parte quest. 13. Artic. 5. vbi Banneius, & Cajetan. quidem tenet opusc. denominum Analogia cap. 4. & 5. Soto in Logica lib. 3. cap. 4. quest. 1. art. 2. & alijs, quos superfluum est recensere: probatur primo, auctoritate Aristot. qui 11. Metaph. cap. 3. inquit: neque æquiuocæ dicitur ens de substantia, & accidente, neque vniuocæ; sed medio modo: videlicet, Analogie, & quarto Metaph. text. 2. dicit: quod ens significat accidentia per attributionem ad substantiam: sicut sanum dicitur de sanis: ergo Analogia certitudini Principij non repugnat multiplicitas terminorum: unde licet ens sit multiplex, & equiuocum, enti reali, & rationis, primum Principium certe, & vere potest in utroque versificari.

Secundo probatur ratione Divi Thomæ: effectus non adquans virtutem sua causa non conuenit in aliquo vniuocè cum sua causa. Exemplum: ignis genitus a sole non dicitur vniuocè calidus cum sole. Sed creatura est effectus Dei non adquans virtutem illius: ergo nihil dicitur vniuocè de Deo, & creaturis.

Tertio, ex eodem lib. 1. contra gent. quæ non habent simile modum effendi, non vniuocantur: exemplum de domo extra, & de domo in mente: sed Deus, & creatura, non habent simile modum effendi: ergo non vniuocantur in ente.

Quarto, quod praedicatur vniuocè de aliquo est simplicius eo, de quo praedicatur: sed nihil est simplicius Deo: ergo nihil dicitur vniuocè de Deo, & creatura.

Quinto, quando aliqua vniuocantur; si vnu est infinitum, & reliquum: & si vnum est creaturæ, & reliquum: & si vnum est defectuum, & reliquum: ergo si Deus, & creatura, vniuocantur: sequitur, quod sicut creatura est finita, creaturæ, & defectus: ita & Deus erit creatus, finitus, & defectus: & probatur.

Sexto, arguit Cajetan. de ente, & essentia cap. 1. nullum vniuocatum in ratione sui vniuocati habet aliquid plus, quam reliquum vniuocatum: substantia, & Accidentia, sunt vniuocata in ente: ergo Accidens non habet aliquid plus in ratione eius, quam substantia. Discutit bonus: conclusio falsa: ergo altera præmissarum, non Major, qui habetur ex Anteprædicamentis: ergo Minor: sed Minor est conclusio Scoti: ergo falsum est, quod ens sit vniuocum substantia, & Accidentia. Falsitas conclusionis habetur septimo Metaphys. text. secundo & tertio, vbi dicitur quod

4. Argum.

2. Sentent.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

7. Arg.

8. Arg.

9. Argum.

3. Sentent.

1. Not.

4. Argum.

5. Argum.

quod

quod in ratione accidentis, in quantum ens, ponitur substantia.

Septimo arguit Araujo: quando aliqua extrema vniuocatur, intellectu uno perfecte, secundum illam rationem, qua vniuocatur; necesse est intelligi alterum, etiam perfecte: sed intellectu omni entitate creata, adhuc ad perfectam Dei cognitionem non valeamus peruenire: ergo.

Ostendit, Deus est causa totius entitatis creaturæ: ita vt creatura etiam in ratione ens dependeat à Deo: sed vnum vniuocatum nequit ab altero in ratione vniuocæ dependere: ergo ratio entis communis Deo, & creaturis, nequit esse vniuocæ: minor patet: nam vnum vniuocatum nequit esse causa alterius secundum rationem communem vniuocatum: alias causaret illam rationem in seipso: & consequenter effet causa sui ipsius: quod inveniuit manifestam repugnantiam; ergo, &c. hæc Araujo.

Nono obicit Doct. contra seipsum in favore huius sententia tripliciter: sed quia de duabus argumentis agemus Articulis sequentibus: ideo vniuocum tantum hic adducemus; quod sic se habet: Deus, & creatura, sunt primo diversa in re: id est in hulla realitate illis communis conuenient: ergo non potest esse alius conceptus communis, realis, & vniuocus: patet consequentia: nam videtur implicatio: quod aliqua sunt primo diversa in re, & conuenient in aliquo conceptu communis vniuocæ: nam conceptus realis sumitur à re: ergo si talis res non est communis, nec etiam conceptus. His, & alijs, argumentis fulcitur hæc opinio, quæ apud Bonaventuram 4. Metaph. quest. 4. & apud nostrum Petrum de Aquila in primo distinct. 3. quest. 1. & alijs quam plurimos, videri possunt.

Tertia sententia est Doctoris locis supra in summa textus citatis, quem sequitur eius distincti: & Nominales ibidem, & Author formalitatum in suo tractatu: pro quid notandum primo conceptum, prout ad presentis attinet; dupliciter sumi: vel pro conceptu formalis, qui attenditur ex parte intellectus: & est ipsam cognitione, qua intellectus aliquid cognoscit: & talis est triplices, seu tripliciter contingit: primo, scilicet, per se: & per se: & primo: quando res intellecta est in re, & ad se: & per se: quando intelligitur aliquid, quod essentialiter includitur in eo, quod primo concipiatur: vi animal per se concipiatur, quando homo primo concipiatur. Perfecte: quando nihil intrinsecum obiecto latet intellectum. Vel sumitur conceptus pro conceptu obiectu, qui attenditur ex parte obiecti: & est ipsum obiectum conceptum terminans cognitionem intellectus: & talis est duplex, vniuocus, & æquiuocus: nam obiectum analogum sub vniuocato, vel æquiuocato continetur: vt infra quest. 8. dicimus: conceptus vniuocatus est, qui habet unitatem nominis, & rationis: & qui ita est vnu: (vt ait Doctor in primo distinct. 2. q. 2. lit. B.) quod eius unitas sufficit ad contradictionem: affirmando, & negando, ipsum de eodem: & sufficit etiam pro medio syllogistico: vt extrema vnitatem in medio sic vnu, sine fallacia æquiuocationis, concludantur inter se vnum. Conceptus æquiuocatus est, qui habet unitatem

nominis, & non rationis: nec apud quem potest esse contradictione: nec ipse potest esse medium syllogisticum.

Secundo notandum: quod conceptus obiectus dicitur vniuocatus tribus modis: Physice: Metaphysice: & Logice: primo modo dicit vniuocitatem nominis, cui correspondet vnitatis rei, quæ non est diuilibilis in plura alterius, & alterius rationis: cuiusmodi est natura specifica, in qua non latent æquiuocations, quæ latent in genere: vt ait Aristot. 7. Metaph. secundo modo est aliqua vnitatis realis alicuius intentionis abstractibilis à pluribus, quæ ipsam participant: & hæc alia essentialis in quid: vt est vnitatis omnium praedicatorum, qua in recta linea ponuntur usque ad ens: alia essentialis in quale quid: vt conceptus ab ultimis differentiis abstractibilis: alia est accidentalis propriæ: vt vnitatis conceptus à nouem generibus accidentium abstractibilis: alia accidentalis large: vt vnitatis conceptum ab Hæcceitatibus, proprijs passionibus entis: Modis intrinsecis, & ab alijs huiusmodi abstractorum: & omnes istæ vnitates Metaphysice, præter primam, dicuntur vnitates proportionis: reales tamen vere, & proprie. Tertio modo est vnitatis alicuius secundæ intentionis alicui realitatib: Metaphysice: seu alteri secundæ intentioni, per modum primæ sumptæ, applicatæ: & hæc est duplex: altera transcendentis: altera limitata & praedamentalis: vt sunt quinque prædicabiliæ: de quibus statim.

Tertio notandum: quod conceptus Metaphysicus vniuocatus in quid habet quatuor gradus (vt communiter Scotisti docent) Primum est: quando talis realitas abstractibilis habet eandem rationem formalem suam: eundem modum essentialis: eundem ordinem essentialiæ: id est, ne sit in vno inferiori prius, quam in altero: ac rādem habet eundem gradum perfectionis: hoc est, non est in vno inferiori perfectius, quam in altero: & hic tantum gradus vniuocationis Metaphysicae reperitur in specie infima respectu individualium: & hic gradus dicitur vniuocatus Physicus: nam in hominē solū hæc quatuor reperiuntur: animal enim non habet quartum: perfectius namque est in una specie, quam in altera: & ideo dicitur quod in genere latent æquiuocationes. Ut æquiuocatio sumitur Physicus contra vniuocationem Physicam, quæ in sola specie infima reperitur;

Secundus gradus habet tres priores conditiones, & deficit in sola quarta: non ex se: sed ex aliquo sibi adiuncto: huiusmodi sunt omnia genera: nam animal perfectius est in homine, ratione differentia: quam in bruto.

Tertius gradus habet tantum duas priores conditiones: & hoc modo numerus dicitur vniuocatus: habet enim in suis inferioribus vnitatem rationis communis, & modi essentialis: sed caret vnitatem nominis, & perfectionis: nam per prius est in binario, quam in ternario: & perfectius est in ternario: quam in binario.

Quartus, & ultimus vniuocationis gradus tantum habet vnitatem rationis communis in suis inferioribus: & ceteris tribus conditionibus caret: hoc modo ens est vniuocum Deo, & creaturis: quia solum habet in illis vnitatem rationis communis, & modi essentialis: & perfectionis: nam per prius est in binario, quam in ternario: & perfectius est in ternario: quam in binario.

3. Notam.

nis